

Claudiopolis elmúlásának ténye azonban talán mégis megérdemelte ezt a nekrológust s magának a névnek mindenesetre van annyi irodalmi becsé és jelentősége, hogy kegyelettel helyezzük oda, a hová való; az Erdélyi Múzeumba.

Márki Sándor.

Kocsárdi Gálffi János czímeres levele 1577-ből.

Gálffy Endre Székelyudvarhely város főjegyzőjének régi okleveleit átkutatván, azok között több a kocsárdi Gálffi családra vonatkozó érdekes okíratra akadtam; többek között Báthory István lengyel királynak kocsárdi Gálffi János számára 1577-ben adományozott czímerújító és bővítő levelére is.

Gálffi János Báthori Kristófnak tanácsosa és titkára volt, később pedig az ifjú Báthory Zsigmond főudvarmestere, a kinek Báthory István a lengyel király szép utasítást dolgozott ki, hogy miképen vezesse a gyermek-fejedelem neveltetését és udvartartását. Később ő is egyik áldozata lett a hóbortos zsarnokká vált Báthory Zsigmond vérengzéseinek. 1593-ban végeztette ki egykori mentorát. Fogságában írt érdekes önéletrajzát kéziratban hagyta hátra (kiadta gr. Kemény József Erdélyország tört. tárában).

A czímerújító levél igen szépen méltatja Gálffi János érdemeit. A czímer megújítja a régi családi czímert, mely egy királyi koronán ülő ezüstszínű gólyát ábrázol; de megpótolja ezt felette két sávval, mely a Maros és Aranyos folyót ábrázolja, mely Gálffi szülőföldjét öntözi. Megjegyzendő, hogy Gálffi Maros-Ujvárt is birtokul nyerte, melyet halála után a család elvesztett.

A nemes levél egy 26 cm. széles és 64 cm. hosszú hártya-papíron írva, a szöveg előtt igen eszesen festett czímerrel ellátva. Szövege a következő:

Stephanus Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Kioviae, Volhiniae, Podlachiae, Samogitiae, Livoniae, etc. princeps Transilvaniae. Tibi fideli nostro *Joanni Gálffi de Kochard* secretario et consiliario illustrissimi domini Christophori Bathori de Somlo, vaivodae Transilvaniae et Sieulorum comitis etc. fratris nostri observandissimi salutem et gratiam nostram regiam. Quem admodum magna est dissimilitudo inter ea monumenta munificentiae, quae brevitate temporis exstingvuntur, atque illa quae aeternitati mandatur; ita etiam inter homines quaedam studiorum varietas

existit. Nam alii, qui per virtutis arduum callem ad maximam laudem evadere conantur, maiora solidioraque spectant; alii vero minime sese altius efferunt mediocritate naturae contenti; sed semper eundem quem semel instituerunt vitae cursum tenent. Non illi magni ducunt principum virorum de se iudicia, non de posteritate laborant, a qua in aeterna laude ponantur. Utrique tamen laudandi, sed prior in propaganda sui nominis fama tanto praestantior, quanto eius munificentiae, quam a principe consequitur testimonium tempore diuturnius fama celebrius gloria illustrius apud omnes habeatur. Haec igitur cum sint diversae ad gloriam viae, maluisti tu eam tibi deligere, quae et fragrosa, et ardua esset; pulcherrimum esse existimans etiam apud posteritatem in laude et gloria vivere. Nam cum alioqui nobili genere ortus non te passus sis iis limifibus concludi, sed ut ad maiora ferreris, primum naturam tuam humanitatis studiis excoluisti, tandem iis rebus tanquam adminiculis, ad pertractationem rerum gravissimarum te contulisti, ut perruptis difficultatim impedimentis, eo loci tua virtute pervenires, unde veluti ex fonte praemia virtutum haurires, quod sane non infeliciter tibi cessit; quippe qui te ab initio eum praestitisti, ut nobis propter tuam virtutem una cum illmo fratre nostro te ormandum esse augendumque duceremus. Quare ne tibi tuiquae similibus incitamenta ad res praecclaras consectandas in posterum deessent, postquam Dei munere ex principatu Transilvaniae ad huius incliti regni nostri Poloniae regium fastigium evecti sumus, haereditaria tua nobilitatis insignia tibi tuisquae haeredibus et posteris utriusquae sexus universis, in hunc modum augenda, illustranda, dandaque censuimus. Scutum videlicet triangulare, in rubro, in duas partes transversim distinctum, cuius superior pars, quae nova accessione constat, duas lineas seu ductus albos transversim aequaliter inter se distantes continet, duorum videlicet fluviorum *Marusii* et *Aranias*, qui natale tuum solum irrigant utrinque magna incolarum comoditate et amoenitate, species referentes, inferior vero cignum argenteum coronae regiae gemmis variis distinctae insistentem occupat, quae insignia haereditaria tibi esse perhibetur. Scuto imposita est galea equestris craticulata simili corona praecineta cui itidem cignus insistit, e galeae cono lemniscis hunc inde candidi et rubri coloris cum scuti oram defluentibus: quomadmodum haec in principio harum literarum nostrarum, arte et manu pictoris propriis et accommodatis coloribus sunt expressa, habes egregia, si diligenter pependas virtutum monumenta. Avium etenim, quae fluminibus gaudent, princeps cignus est, sobrietatem, temperantiam et fidem representans. Quod symbolum iure optimo in te cadit, quandoquidem svavitatem morum, ingenii candorem, in rebus agendis summam fidem, sobrietatem et industriam, similemque sui in omnibus partibus vitam tuam exprimat et representet. Quo-

circa decernimus, ut in posterum tu, liberi, posterique tui utriusque sexus universi, haec quae diximus insignia, more aliorum nobilium regni Hungariae et Transilvaniae armis utentium ubique in praeliis, hastiludiis, torneamentis, duellis, monomachiis, tentoriis et aliis omnibus exercitiis militaribus et nobilitaribus, nec non sigillis, vexillis, cortinis, annulis, aulaeis, domibus, sepulchris et generaliter in quarumlibet rerum et expeditionum generibus sub merae et sincere nobilitatis titulo, quo te tuosque posteros utriusque sexus universos ab omnibus et singulis, cuiuscunque status conditionis, dignitatis et praecminentiae homines existant, insignitos dici, nominari, haberique et reputari volumus habere, ferre ac gestare, omnibusque honoribus, immunitatibus, privilegiis, praerogativis, quibus ceteri nobiles et militares homines Hungariae et Transilvaniae, consuetudine aut iure utuntur, vos item perpetuo uti et gaudere possitis, harum nostrarum, quibus est secretum sigillum nostrum appensum, vigore et testimonio literarum. Datum per manus generosi *Martini Berzevicei* equitis aurati, consiliarii et procancellarii nostri Transilvanici, in arce nostra *Bidgostiensi* undecima die mensis Martii, anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, regni vero nostri anno primo.

Stephanus Rex m. p.

Martinius Berzevicei m. p.

procancellarius Transilvaniae.

Közli: *Pálmay József*.

Birtokadományozás Pókai Istvánnak 1601-ben.

A maroszzéki Pókai-család a Báthoryak idejében szerepet játszó család volt Erdélyben. Egyik tagjáról szól a következő birtokba iktatást elrendelő oklevél, melyet rövid kivonatban — emlékezet okáért — ide iktatunk:

Báthory Zsigmond Pókai Istvánnak adományozza a maroszzéki agárdi birtokot, mely búzásbocsárdi Nyakazó Jánosé volt, de az ő magvaszakadtával a kincstárba szállt és meghagyja székelyvásárhelyi Konez Pál, Zeredai András, Berzi István, Dési István és Zigeti György, a fejedelmi nagyobb kancellária jegyzője és írnokainak, továbbá jobbágyfalvi Tót Balázs és Ferencz, káli Kun János, Dersi János és buzaházai Peterdi Ferencznek, jedi Kádár Albertnek, agárdi Kachio Jánosnak, nemkülönben vadadi Vadadi Györgynek és berekereszturi Literati Jánosnak, alkirály-bíráknak, és vásárhelyi Literati Istvánnak, Maroszzék jegyzőjének, hogy az említett Pókai Istvánt az agárdi birtokba iktassák be, az esetleges ellenmondókat 15-öd napra idézzék meg a fejedelmi udvarba és a beiktatásról tegyenek jelentést. Kelt Kolozsvárt, 1601. április 27-én.

(Eredetije, a nagy fejedelmi pecséttel, magántulajdonban, Deésen.)